



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Qvaest. XLVII. De causa efficienti passionis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

scitum effectum effecerint, quem significabant, ita ut veras, & phycas relationes matris, & filij, Virgini, Ioannique impreserint. Sed hoc fictitium est, & impossibile. Quia relationes non possunt imprimi sine fundamento. Illud tamen verisimile est, Christum illis verbis impresisse Virgini, & Ioanni singularem quendam mutuum affectum maternum, ac filialem. Sed de hoc alias.

Matth. 27.

Marc. 15.

Quarta, & quinta Christi pendens de cruce vox

Quartum verbum est, *Deus Deus meus*, ut quid deliquisti me? De cuius sensu nihil hoc loco dicam, quoniam, si lud satis tractavi in priori tom. disp. 33. sect. 1. & inferius disp. 38. sect. 2. iterum de illo sermo redibit. Certum ergo est, verbum hoc, cum nec promissionem, nec preceptum contineat, ad rationem testamenti nullo modo pertinere: sed solum fuisse quandam ostensionem grauissimi doloris, & afflictionis, qua Christus patiebatur in inferiori parte absque ulla solatio, quod in eam redundaret. Et eadem ratio est de quinto verbo, *Patris*, de quo in precedenti sectione multa diximus. Verumque enim fuit prolatum tantum ad explicandum dolorem animi, & corporis, ut utriusque veritas, & acerbitas poenae manifestaretur.

Ioan. 19.

Sexta Christi pendens de cruce vox.

Luc. 18.

Sextum verbum, *Consummaturum est*, nullam institutionem continet, nec promissionem, aut preceptum: sed solum reificationem Christi, quod iam prophetiae completae essent, quae de passionibus praedictae erant. Ac si diceret, nihil aliud iam superest in mea passione implendum, sicut Luc. 18. dixerat, *Ecce ascendimus Ierosolimam, & consummabuntur omnia quae dicta sunt a Prophetis de filio hominis*. Hic enim sensus literalis, illius verbi, quod Christus protulit, ut significaret mortem suam non casu accidere, sed eo tempore, ac modo, quo a Deo praedicta erat, & praedicta. Quod autem testamentum vetus consummaretur, id est, aboleretur, consequutum quidem est ex morte Christi, hoc tamen non est proprie illo verbo significatum. Quia nec verbum, *Consummaturum est*, id proprie significat, nec tunc, quando Christus illud protulit testamentum vetus exoleuerat, sed paulo post in morte eius abrogatum est.

Septima Christi pendens de cruce vox.

Luc. 15.

Septimum verbum fuit, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Quod statim praese refert nihil continere sub sese, quod ad institutionem testamenti noui pertineat, neque prolatum esse a Christo, ut exerceret aliquod munus capitis, & Pontificis: sed solum ut ostenderet affectum, pietatem, ac reuerentiam, quam erga patrem habebat suum. Et aduenisse iam tempus, de quo ipse praedixerat Ioan. 15. *Exiui a patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*. Et ut confutaret haereticorum blasphemiam, qui propter superiora verba, *Deus Deus meus*, &c. desperationem illi imponere ausuri erant. Nam in hoc verbo ostendit summam certitudinem, & securitatem quod suus spiritus esset sub tutela, & protectione Dei. Hoc enim proprie metaphorica illa locutio significat, iuxta illud Sapientiae 3. *Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tanger illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, & Deuter. 33. Omnes sancti in manu illius sunt*. Adhuc etiam aliqui eo verbo indicasse Christum certitudinem suae resurrectionis. Nam verbum illud commendandi, iuxta proprietatem verbi Graeci, significat traditionem alicuius rei, veluti in depositum, ut seruetur, & post exiguum tempus restitua-

Sap. 3.

Deut. 31.

Obiectio.

Responsio.

Ex his ergo omnibus satis constat, nullum in verbis Christi prolati in cruce, vestigiū fuisse institutionis testamenti noui, cum tamen de ratione testamenti sit, ut propriis, & clavis verbis instituat. Dicit aliquis non verbo, sed facto ipso instituisse testamentum nouum, proprium sacrificium offerendo, quo testamentum illud confirmatum est. Sed hoc nullius momenti est, quia aliud est obsequare testamentum, aliud condere, sicut etiam inter homines testamentum morte confirmatur, id est, stabile, &

irreuocabile fit: non tamen in ipsa morte fit, sed factum supponitur. Adde (quod infra ostendemus) illud sacrificium crucis non fuisse sacrificiū proprium nouae legis, ut propter solum illud possit dici aliquo modo tunc esse testamentum nouum conditum.

De secundo, Christus Dominus ut caput, & princeps Ecclesiae praecipue condidit nouum testamentum in cena, quoad id quod in eo est praecipuum, quamuis aliqua, quae ad illius integritatem pertinet, aliis temporibus instituerit. Priorem partem huius assertionis probant, quae adduximus in secunda sententia, ut potest breuiter ita explicari. Quia tunc aliquis proprie dicitur instituere testamentum, quando aliquibus relinquit omnia bona sua, sed Christus in cena reliquit Ecclesiae suum corpus, & sanguinem, atque seipsum totum, in quo & omnes diuitiae eius, & omne bonum continetur: ubi non incommode applicari potest illud Zach. 9. *Quod est bonū eius, & quod pulchrum eius, nonne frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Deinde tunc etiam promisit Ecclesiae suum spiritum, & percipua praepcepta tradidit (ut supra dicebamus) ac denique noui testamenti expressam mentionem fecit: ergo sine dubio tunc praecipue condidit testamentum, quod suo etiam sanguine tunc in cruce immolato sancit: postea vero in sacrificio cruento omnino stabiluit ac confirmauit. Posterior pars assertionis satis probatur ex iis, quae in tertia sententia adducta sunt. Nam cum testamentum nouum multa contineat, potuit pro ratione diuinæ Sapientiae temporibus opportunis quoad diuersa praepcepta, & sacramenta paulatim, & successiue perfici. Neque est inconueniens, testamentum hoc prius fuisse morte testatoris confirmatum, quam fuerit omni ex parte absolutum, quia hoc ipsum indicium fuit, testatorem non diu fuisse inter mortuos permaniturum, sed paulo post ad vitam rediturum, atque omnibus rebus suis ultimam manum impositurum, antequam in celum ascenderet.

Dico tertio, Christus ut priuatus homo proprie testamentum non condidit. Quia nulla bona temporalia habuit, de quibus disponderet: si autem aliquid egit quod umbram testamenti haberet, illud potius in cruce, quam alibi factum reperitur. Hoc probant adducta in prima opinione, & nihil ampli. Atque haec de Christi passione sufficiant.

Christus, ut caput, & princeps Ecclesiae noui testamenti, praecipue in ultima cena condidit, Zach. 9.

Christus ut priuatus homo testamentum proprie non condidit.

QVÆSTIO XLVII.

De causa efficiente Passionis Christi, in sex articulos diuisa.



Einde considerandum est de causa efficiente passionis Christi.

Et circa hoc quaeruntur sex.

Primo, utrum Christus fuerit ab alio occisus, vel à seipso.

Secundo, ex quo motu seipsum passioni tradiderit.

Tertio, utrum Pater tradiderit eum ad patiendum.

Quarto, utrum fuerit conueniens, ut per manus Gentium pateretur, vel potius à Iudeis.

Quinto, utrum occisores eius eum cognouerit.

Sexto, de peccato eorum, qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS I.

Utum Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso.



Primum sic proceditur. Videtur, quod

Christus non fuerit ab alio occisus, sed à seipso.

Dicit enim ipse, Ioan. 10. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam.*

Ille autem dicit aliquem occidere, qui animam

eius tollit. Non est ergo Christus ab alio occisus, sed à seipso.

2. Pra-

lib. 5. c. 13
paulo post
vrius. tom. 3.

2. Præterea, illi qui ab alijs occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt; & maxime hoc apparet in crucifixis: ut enim dicit Augustinus in 4. de Trinitate longa morte crucifixi abitur ligno, suspensi. In Christo autem non hoc accidit: nam clamans voce magna, emisit spiritum: ut dicitur Matthæi vigesimo septimo. Non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à se ipso.

3. Præterea, illi, qui ab alijs occiduntur, per violentiam moriuntur. & ita non voluntarie: quia violentum opponitur voluntario. Sed Augustinus dicit in 4. de Trinitate, quod spiritus Christi non deseruit carnem inuitus, sed quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit. Non ergo Christus est ab alijs occisus, sed à se ipso.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 18. Postquam flagellauerint occident eum.

Respondendo dicendum, quod aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. Vno modo directe ad illud agendo. Et hoc modo persecutores Christi eum occiderunt, quia sufficientem causam mortis, ei intulerunt, cum intentione occidendi ipsum, & effectu subsequente: quia scilicet ex illa causa est mors subsequuta. Alio modo dicitur aliquis causa alicuius indirecte, scilicet, quia non impedit cum impedire possit, sicut si dicatur aliquis alium perfundere, quia non clausit fenestram, per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipse Christus fuit causa sua passionis, & mortis: poterat enim suam passionem, & mortem impedire. Primo quidem, aduersarios reprimendo, ut eum aut non vellent, aut non possent interficere. Secundo, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandæ naturam carnis suæ, ne à quocunque læsuo insilio, opprimeretur. Quod quidem habuit anima Christi, quia erat verbo Dei coniuncta in vnitæte personæ, ut Augustinus dicit in 4. de Trinitate. Qui ergo anima Christi non repulit à proprio corpore nocumentum illatum: sed voluit quod natura corporalis illi nocumento succumberet, dicitur suam animam posuisse vel voluntarie mortuus esse.

lib. 4. c. 11 de
Trin. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur: Nemo tollit animam meam à me, intelligitur, me inuito: quod enim aliquis ab inuito aufert, qui resistere non potest, illud proprie dicitur tolli.

Ad secundum dicendum, quod ut Christus ostenderet, quod passio illata per violentiam, eius animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conseruauit. ut etiam in extremis positus voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. Vnde dicitur D. Marci decimo quinto. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. Vere hic homo filius Dei erat. Fuit etiam & mirabile in CHRISTI morte, quod velociter mortuus fuit alijs, qui simili pœna affliciebantur. Vnde dicitur Ioannis decimo nono, quod eorum, qui cum Christo crucifixi erant, fregerunt crura, ut cito morerentur: ad Iesum autem cum venissent, ut viderent eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Marci decimo quinto dicitur, quod Pilatus mirabatur, si iam obisset. Sicut enim eius voluntate, natura corporalis conseruata est in suo vigore vsque ad extremum: sic etiam quando voluit subito cessit nocumento illato.

Ad tertium dicendum, quod Christus simul & violentiam passus est, ut moreretur, & tamen voluntarie mortuus fuit: quia violentia corpori eius illata est, qua tamen tantum corpori eius praualluit, quantum ipse voluit.

COMMENTARIUS.

Materia huius articuli per se est perspicua: solum est aduertendum, cum D. Thom. dicit Christum fuisse causam passionis, & mortis suæ, non directam sed indirectam, non loqui de causa propria, seu morali, sed de causa tantum per accidens physice loquendo. Nam ut aliquis dicatur causa simpli-

citer, & moralis alicuius effectus non satis est, quod possit effectum impedire, & non faciat: sed oportet ut etiam teneatur, quia alioqui effectus non imputatur, nec moraliter reputatur voluntarius: Christus autem Dominus, licet potuerit suam mortem vitare, non tamen tenebatur. Quia licet homo semper teneatur non se occidere, non tamen tenetur semper custodire vitam, cum possit: sed potest eam exponere propter graues causas, sicut Christus eam exposuit pro hominum redemptione.

Dubitat autem hic Caietan. quomodo verum sit, potuisse Christum vitare mortem suam. Quia Scotus in 3. dist. 16. q. 2. hoc negare videtur. Sed non video hic specialem questionem de morte potius, quam de alijs defectibus, seu passionibus corporis, de quibus generatim dictum est superiori tomo, dispu. 32. sect. 3. Et summa omnium est, voluntatem Christi per vires suas naturales non potuisse vitare dolorem passionis, & mortem, ubi semel corpori sufficientes causæ naturales horum effectuum essent applicatæ. Et hoc sensu existimo loquutum Scotum: eumque Caietanum admittit, neque vllus Catholicus potest in dubium reuocare. At vero voluntas Christi, ut organum Verbi poterat multis modis hos effectus impedire, quod etiam constat, supposita instrumentaria virtute, quam anima Christi habuit ad supernaturales effectus. Scotus autem, quia virtutem hanc instrumentariam propriam, & physicam non admittit, nihil de hac potestate loquutus est: non tamen credo, negaret, quin eo modo, quo Christus faciebat alia miracula, posset etiam hoc facere, si expeditet. Occurrebat tamen hic quæstio, quam D. Thom. attingit solut. argument. quomodo de facto mors, seu separatio animæ Christi à corpore facta sit, & vtrum ad aliam aliquid anima Christi directæ, & positivæ fuerit cooperata. Sed hoc pertinet proprie ad disputationem de morte Christi, quam infra circa quæst. 50. instituemus.

Dubium.
Caietan.
Scotus.

Responsio.
Christus vi-
tare mortem
suam quo-
modo potuit.

ARTICVLVS II.

Virum Christus fuerit ex obedientia mortuus.



De secundo sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit ex obedientia mortuus. Obedientia enim respicit præceptum. Sed non legitur Christo fuisse præceptum, quod ipse pateretur. Non ergo ex obedientia passus fuit.

2. Præterea, illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quod facit ex necessitate præcepti. Christus autem, non ex necessitate, sed voluntarie passus fuit. Non ergo passus est ex obedientia.

3. Præterea, Charitas est excellentior virtus, quam obedientia. Sed Christus legitur ex charitate passus: secundum illud Ephes. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ergo passio Christi magis debet attribui charitati, quam obedientia.

Sed contra est, quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens Patri vsque ad mortem.

Respondendo dicendum, quod conuenientissimum fuit, quod Christus ex obedientia pateretur. Primo quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humana: ut sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, ut dicitur Roman. quinto. Secundo hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. Vnde dicitur Romanorum quinto: Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, in quantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo: secundum illud Ephes. 5. Tradidit ipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia vero omnibus sacrificiis antefertur, secundum

259.
Inf. 4. 48.
artic. 2. & 3.
col. 4. con-
tra c. 35. ad
13. & 16. &
op. 3. c. 234.
& Rom. 6. 1.
2. fin. & lib. 5. col. 5. fin.

illum illud 1. Reg. 15. Melior est obedientia quam victima. Et ideo conueniens fuit, ut sacrificium passionis, & mortis Christi ex obedientia procederet. Tercio hoc conueniens fuit eius victorie, qua de morte, & auctore mortis triumphauit. Non enim miles vincere potest, nisi duci obediat, & ita homo Christus victoriam obtinuit, per hoc quod Deo fuit obediens: se undum illud Prouerb. 11. Vir obediens loquetur victorias.

Hom. 59. in
Ioan. in pag.
3. a princ. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus mandatum accepit à Patre, ut pateretur: dicitur enim Ioann. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à Patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo (ut Chrysostomus dicit) non est intelligendum, quod prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere, sed voluntarium monstrauit processum, & contrarietatis ad Patrem suspensionem destruxit. Quia tamen in morte Christi lex vetus consummata est (secundum illud quod ipse moriens dixit Ioann. 19. Consummata est) potest intelligi, quod patendo, omnia veteris legis precepta impleuit. Moralitatem quidem, que in preceptis charitatis fundantur, impleuit in quantum passus est, & ex dilectione Patris (secundum illud Ioan. 14. Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite etiam hinc, scilicet ad locum passionis) & etiam ex dilectione proximi: secundum illud Galat. 2. Dilixit me, & tradidit semetipsum pro me. Ceremonialia vero precepta legis, que ad sacrificia, & oblationes precipue ordinantur, impleuit Christus sua passione, in quantum omnia antiqua sacrificia, figure fuerunt illius veri sacrificij, quod Christus obtulit, moriendo pro nobis. Vnde dicitur Colos. 2. Nemo vos iudicat in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomania, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi: eo scilicet, quod Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad umbram. Precepta vero iudicialia legis, que precipue ordinantur ad satisfaciendum iniuriarum passu, impleuit Christus sua passione, quoniam (ut in Psalm. 68. dicitur) que non rapuit, exoluit, permittens se ligno affigi, pro pomis, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

Ad secundum dicendum, quod obedientia etsi importat necessitatem respectu eius quod precipitur, tamen importat voluntatem respectu impletionis precepti, & talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio, & mors secundum se considerata, naturali voluntati repugnabat: volebat tamen Christus Dei voluntatem circa hoc implere: secundum illud Psalm. 39. Ut facerem voluntatem tuam Deus meus voluit. Vnde dicebat Matth. 26. Si non potest transire à me calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Ad tertium dicendum, quod eadem ratione Christus passus est ex charitate, & obedientia: quia & precepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem precipientem.

Materia huius articuli diligenter disputata est in priori tomo disput. 43. sect. 1. 2. & 3. & quia hic nihil addendum occurrit, nihil etiam repetendum esse censeo.

ARTICVLVS III.

Verum Deus Pater tradiderit Christum passioni.

160.
3. d. 20. art. 5.
q. 1. & quo 1.
arti. 3. fin. &
Matth. 26.
col. 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod Deus Pater non tradiderit Christum passioni. Iniquum enim, & crudele videtur esse, quod innocens passioni, & morti tradatur. Sed, sicut dicitur Deut. 32. Deus fidelis & absque vlla iniquitate. Ergo Christum innocentem non tradidit passioni, & morti.

A 2. Preterea. Non videtur, quod aliquis à seipso, & ab alio morti tradatur. Sed Christus tradidit semetipsum pro nobis: secundum quod dicitur Isa. 53. Tradidit in mortem animam suam. Non ergo videtur, quod Deus Pater eum tradiderit.

3. Preterea. Iudas vituperatur ex eo, quod tradidit Christum Iudeis secundum illud Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus est: quod dicebat propter Iudam, qui eum erat traditurus. Similiter etiam vituperantur Iudei, qui eum tradiderunt Pilato: secundum quod ipse dicit Ioan. 18. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiam tradidit ipsum, ut crucifigeretur, ut habetur Ioan. 19. Non est autem participatio iustitie cum iniquitate, ut dicitur 2. ad Corinth. 6. Ergo videtur, quod Deus Pater tradiderit Christum passioni.

B Sed contra est, quod dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Respondeo dicendum, quod (sicut dictum est) Christus passus est voluntarie ex obedientia Patri. Vnde secundum tria Deus Pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundum quod sua aeterna voluntate praordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud quod dicitur Isa. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: & iterum, Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Secundo, in quantum inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. Vnde ibidem sequitur, Oblatus est, quia ipse voluit. Tercio, non protegendum eum à passione, sed exponendo persequentibus. Vnde & legitur Matth. 27. quod pendens in cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, ut Augustinus dicit, de gratia noui Testamenti.

Ad primum ergo dicendum, quod innocentem hominem passioni, & morti tradere contra eius voluntatem, est impium, & crudele: sic autem Deus Pater Christum non tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur, & Dei severitas, qui peccatum sine pena dimittere noluit (quod signat Apostolus dicens. Proprio filio suo non pepercit) & bonitas eius in eo, quod cum homo sufficienter satisfacere non posset per aliquam penam, quam pateretur, ei satisfactorem dedit. Quod signauit Apostolus dicens: Pro nobis omnibus tradidit illum. & Rom. 3. dicit. Quem, scilicet Christum, proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Ad secundum dicendum, quod Christus secundum quod Deus tradidit semetipsum in mortem, eadem voluntate, & actione, qua & Pater tradidit eum: sed in quantum homo tradidit seipsum voluntate à Patre inspirata. Vnde non est contrarietas in hoc, quod Pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

Ad tertium dicendum, quod eadem actio diuersimode iudicatur in bono vel in malo, secundum quod ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum ex charitate, & ideo laudantur. Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudei autem ex inuidia Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cesarem: & ideo ipsi vituperantur.

COMMENTARIVS.

Hunc articulum proposuit D. Thom. ad explicanda illa verba Pauli ad Rom. 8. Proprio filio (ad Testimonij) non pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quia Paulus ad sic egregie exponit, Deum tradidisse Christum pro nobis, quatenus aeterno consilio definiuit, ut per mortem suam nos redimeret, ex quo ortum est, ut pro nobis fieret homo passibilis, eique Pater inspirauerit voluntatem moriendi pro nobis, ac denique, ut manibus persequentium illum obiceret, & eorum voluntati potestatiq; permiserit. Vnde Origenes, lib.

lib. 7. in Epist. ad Rom. Pro nobis (inquit) tradidit eum non illa traditione, qua dictum est, Tradet frater fratrem in mortem, & parentes filios, sed tradidisse eum dicitur hoc ipso, quod eum, cum in forma Dei esset, passus est exinanire semetipsum, & formam serui suscipere, & vsque ad mortem crucis peruenire. Ex qua positione obiter refellitur impietas hæreticorum nostri temporis, dicentium, Patrem tradidisse Christum inspirando Iudæis eius mortem, eosque ad illam instigando. Sed de hoc aliàs. Eodem autem modo exponenda sunt fere similia verba Isai. cap. 53. Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum, quæ Septuaginta hoc modo vertunt; Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras. Quæ in hunc modum legit, & exponit Tertull. libr. contra Praxian. c. 30. vbi, Patrem tradere filium exponit nihil aliud fuisse, quam mortem permittere. Clemens vero Alexan. lib. 1. Pædagog. cap. 8. sic legit, Dominus tradidit ipsum peccatis nostris, & exponit, Peccatorum scilicet correctorem, & directorem, & ideo hic solus potest peccata dimittere. Sicut etiam exponenda sunt verba Christi Matth. 26. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Dicitur enim dedisse prædictis modis. Solum est in his locutionibus considerandum, cum dicitur Pater tradidisse Christum, si in verbo, tradendi, includatur missio filii, proprie id dici de prima persona Trinitatis: si autem solum dicat ordinationem redemptionis nostræ, & permissionem mortis Christi, sic propriè dici de tota Trinitate, atque hoc sensu Patrem non personaliter, sed essentialiter sumi, quamvis appropriate possit accommodari primæ personæ Trinitatis.

Circa rationem vero expositionis D. Tho. inquiri poterat, quomodo Deus prædefinierit mortem Christi. Item quomodo eam Christo inspirauerit, & suam de illa voluntatem ostenderit. Sed de hac re videantur, quæ supra notauimus quæst. præcedenti in commentar. artic. 10. & in prior. tom. disputat. 43. sect. 3.

Circa sol. ad primum, merito dubitauit Caietan. quomodo D. Thom. agens de Deo, dixerit impium esse, innocentem inuitum ad mortem trahere. Cum enim Deus sit Dominus vitæ, & mortis, respectu illius non esset impium, etiam si innocentem inuitum ad mortem traderet. Et respondet, cum D. Tho. ita loquutus est, non tractasse in ordine ad Deum: sed secundum se, & absolute. Sed non satis percipitur, quomodo de hoc possimus loqui absolute, & non in ordine ad aliquem: Vel quid referat ad argumentum, quod de Deo procedit, consideratio absoluta, quæ in Deo non habet locum. Deinde, etiam respectu hominis non potest ea locutio accommodari, quia respectu hominis iniquum est innocentem morti tradere, non solum inuitum, sed etiam volentem. Dices, interdum ex iusta causa potest tradi innocens hosti, etiam si occidendus sit, dum modo ab habente potestatem tradatur, vt à Republica. Respondetur, in eo casu etiam inuitum posse tradi: imo hoc ipso quod esset simpliciter inuitus, iam non esset innocens, quia eo casu tenetur ipse consentire. Et similiter in præsentī, si Deus vellet aliquem innocentem morte afficere, & ipse absolute repugnaret, hoc ipso desineret esse innocens, si de diuina voluntate ei constaret. Videtur ergo D. Thom. vsus illa propositione, solum ad explicandam suauem diuinæ providentiæ dispositionem. Nam licet sit absolutus Dominus, & possit suo arbitratu absque alia causa, quem voluerit vitam priuare, non vult tamen vt absolute Dominio, sed legibus iustitiæ, & æquitatis quodam modo se accommodat. Et hoc modo non considerando in Deo absolutam Domini potestatem, sed solum rationem gubernatoris, ac iudicis, crudele esset, & iniquum, innocentem inuitum interficere. Præsertim quia hoc ipso, quod mors ei esset inuoluntaria, esset quoque consequenter ad satisfaciendum Deo, & ad omnes alios effe-

ctus prorsus inutilis. Et hoc fortasse sibi voluit Caietanus, quamuis obscure loquutus sit. Aliæ solutiones claræ sunt ex dictis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum fuerit conueniens, Christum pati à Gentilibus.



Quartum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum pati à Gentilibus. Quia enim per mortem Christi homines erant à peccato liberandi, conueniens videbatur, vt paucissimi in morte eius peccarent.

Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum persona dicitur Matth. 21. Hic est haeres, venite occidamus eum. Ergo videtur conueniens fuisse, quod in peccato occisionis Christi Gentiles non implicarentur.

2. Præterea. Veritas debet respondere figuræ. Sed figuralia sacrificia veteris legis non Gentiles, sed Iudæi offerebant. Ergo neque passio Christi, qua fuit verum sacrificium, impleri debuit per manus Gentilium.

3. Præterea. Sicut dicitur Ioannis quinto Iudæi querebant Christum interficere, non solum quia soluebat Sabbathum, sed etiam quia Patrem suum dicebat Deum, aequalem se Deo faciens.

Sed hoc videbatur esse solum contra legem Iudæorum, unde & ipsi dicunt Ioannis decimonono: Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Videtur ergo conueniens fuisse, quod Christus non à Gentilibus, sed à Iudæis pateretur, & falsum esse quod dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam: cum multa peccata secundum legem morte puniantur. vt patet Leuit. 24.

Sed contra est, quod ipse Dominus dicit Matthæi 20. Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.

Respondetur dicendum, quod in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primum enim passio Christi effectus salutis habuit in Iudæis: quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt: vt patet act. 1. & 3.

Secundo vero Iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi transfuit ad Gentes. Et ideo conueniens fuit, vt Christus à Iudæis pati inciperet, & postea Iudæis tradentibus, per manus Gentilium, eius passio finiretur.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus ad ostendendum abundantiam charitatis suæ, ex qua patiebatur, in cruce positus veniam persecutoribus postulauit. Et ideo vt huius petitionis fructus ad Iudæos, & Gentiles perueniret, voluit Christus ab vtriusque pati.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi fuit sacrificij oblatio, in quantum Christus propria voluntate mortem sustinuit ex charitate. In quantum autem à persecutoribus esset passus, non fuit sacrificium, sed peccatum grauissimum.

Ad tertium dicendum, quod sicut Augustinus dicit Iudæi Tractatu 114. in dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, intellexerunt non sibi licere interficere quenquam, propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam coeperant. Vel hoc dicebant (vt Chrysostom. dicit) quia volebant eum occidi, non tanquam transgressorem legis, sed tanquam publicum hostem, quia Regem se fecerat: de quo non erat eorum iudicare. Vel quia non licebat eis crucifigere (quod cupiebant) sed lapidare, quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum est, quod per Romanos quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

COMMENTARIVS.

Hic articulus non indiget expositione. Solum est notanda solutio ad 3. in qua D. Thom. dubitare quomodo vera fuerint verba illa, quod Iudæi dixerunt Pilatæ

Isai. 53.

Tertul.

Clem. Alex.

Matth. 26.

Dubium.
Caiet.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

Testimonij
Ioan. 18.
Expositio
prima.
Ioan. 19.

Cyrl.
August.
Chrysost.
Beda.
Aetor. 22.

Pilato Ioann. 18. Nobis non licet interficere quemquam, cum ipsimet dixissent. Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori. At vero licitum erat Iudæis cum interficere, qui secundum legem reus mortis erat. Refert igitur D. Thom. varias responsiones. Prima est non licuisse Iudæis interficere quemquam in die Paschæ. Ita respondent Cyril. lib. 12. cap. 6. & Augustin. tractat. 114. & eandem attigit Chrysostomus Hom. 82. in Ioan. & 86. in Matth. & Beda Ioann. 18. Et potest fundari in eo, quod refertur. Act. 12. vbi cum Herodes apprehendisset Petrum, quoniam dies erant azymorum, non statim interfecit illum: sed tradidit militibus ad custodiendum. Volens post Pascham producere eum populo. Sed hic locus non satis probat id non licuisse: sed non decuisse, vel ordinari non fuisse in usu: in casu autem raro, & atroci, qualem Iudæi fingebant causam Christi, non satis constat id non licuisse. Præsertim cum iam esset causa ab eis in consilio præiudicata, essetque per milites solos executioni mandanda. Præterea si solum propter temporis circumstantiam hoc illis non licuisset, facile fuisset Pilato respondere illis, vt paucos dies expectarent: postea vero eum interficerent.

Expositio 2. Secunda responsio est, Iudæos voluisse Christum occidere, non tantum vt legis suæ transgressorem, sed etiam vt seditiosum, hostemque Cæsaris, cuius regnum affectasset, propter quod delictum non licebat eis iudicare, neque interficere illum. Sed & hæc responsio est difficilis creditu. Tum quia Iudæi, quando illa verba dixerunt, nullum aliud crimen Christo obiecerant, nisi blasphemiam. Tum etiam quia per legem etiam licebat Iudæis, quodcumque crimen punire condigna pena.

Expositio 3. Tertia responsio est, Iudæos non esse loquutos de quacumque pena mortis: sed de crucifixione, ita, vt idem fuerit dicere. Nobis non licet interficere, ac si dixissent nobis non licet crucifigere. Hanc expositionem habet etiam Chrysostomus, & eam sequuntur Euthymius & Theophylactus. Et illi fauent verba, quæ statim subdit Euangelista. Vt sermo Iesu impleteretur, quem dixit, significans quia morte esset moriturus, scilicet morte crucis, ac si apertius diceret hoc dixerunt Iudæi, vt crucifigeretur. Sed in primis hæc verba significare possunt non causam, propter quam id dixerunt Iudæi, sed consequutionem, vt sæpe diximus. Deinde etiam si mens & desiderium Iudæorum esset hoc efficere, vt Christus crucifigeretur: tamen illis verbis non hoc significarunt, nec videtur esse posse huiusmodi sensus. Tum quia nec verba id significant, & tunc nondum à Pilato petierant Christum crucifigi. Tum etiam quia facile potuissent illis respondere, non oportere eum crucifigi, sed satis fuisse lapidari, vel alio mortis genere affici.

Expositio 4. Quarta responsio, quam Diuus Thomas magis probat, est, eo tempore non licuisse Iudæis aliquem interficere, non propter legem Dei prohibentem, sed quia per Romanos iudicabat eis interdictum. Quod ex Euangelio colligi ex parte potest. Ideo enim adduxerunt Christum ad Pilatum, ideo etiam ab eo postularunt, vt Barabbam sibi concederet, quia ipsi non erant iudices in causa mortis. Item, Acto. 18. adduxerunt Paulum coram Gallione, quia ipsi non sunt ausi illum occidere. Quin etiam Ioseph. 20. lib. Antiquitat. capit. 8. refert Annam Pontificem occidisse Iacobum sine consensu præsidis Romani, & propterea priuatum fuisse pontificatu. Et hanc expositionem sequitur Rupertus in Ioannem. Sed habet difficultatem. Quia id, quod assumitur, est valde incertum. Nam Ioannis octauo: Iudæi in causa ruditer ostendebant, se habere facultatem lapidandi illam iuxta legem Moysi, & Aetor. 7. lapidauerunt Stephanum. Dicit post factum esse vel contentionibus, vel conuenientibus Romanis: non quia absolute hoc esset in eorum potestate. Sed hinc oritur potissima difficultas contra hanc responsionem.

Fr. Suarez. tom. 2.

Aet. 18.

Ioseph.

Rupert.

Ioan. 8.

Aet. 7.

Ioan. 18.

A Nam saltem ex consensu præsidis Romani absque vlla dubitatione eis licebat interficere malefactorum: at vero iam Præses Romanus suum consensum dederat, dicens. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: iam ergo non poterant illo sensu respondere. Nobis non licet.

Quinta responsio est, Phariseos ex speciali, & propria secta hoc obseruasse, vt neminem ad mortem damnarent, vt refert Iosephus filius Gorionis libr. quarto historię Iudaicæ capite sexto. Illi ergo, specie religionis, dixerunt. Nobis non licet: multi enim, & præcipui ex his, qui mortem Christi procurabant, erant Pharisei, & quia auctoritatem apud populum habebant, eos alij imitati sunt, hoc præcipuè ea excusatione intendentes, vt & CHRISTVS à Romanis crudeliori morte afficeretur, & ipsi minorem apud plebem inuidiam sibi conciliarent. Sed hæc responsio, in primis diuinat, & leui nitiur fundamento. Deinde cum Pilatus dixit. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: Ioan. 18. non est loquutus ad Phariseos, sed ad iudices populi: non ergo Pharisei, sed iudices debuerunt respondere.

Quocirca illud, in quo omnes hæc expositiones conueniunt, certum est: Iudæos vsos fuisse hac excusatione, intentione crucifigendi Christum, & vitandi populi inuidiam. Quomodo autem verum dixerint ad se excusandum incertum est. Omnibus verò consideratis, id quod prima sententia asserbat, videtur verisimilius. Illi etenim omnino volebant statim Christum interfici, timebant enim vehementer, ne è manibus elaberetur: & ideo sumpserunt eam probabilem excusationem, quod eo tempore non liceret eis aliquè ad mortem damnare. Quæ expositio euidentiùs constabit ex iis, quæ infra dicemus de die, in quo interfectus est Dominus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christi persecutores eum cognouerint.



Ad quintum sic proceditur. Videtur quod persecutores Christi eum cognouerint. Dicitur enim Matthæi 21. quod agricola videntes filium dixerunt intra se. Hic est habes, venite occidamus eum. vbi dicit Hiero. 162. Opus 60. ca. 18 in fin. Et 1. ad Cor. 2. 2. Cor. 1. Idem in 21. Matt in fi. illius tom. 9. Et etiam in gloss or:

nym. Manifeste Dominus probat ex verbis Iudæorum, principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui Pater per Prophetam dicit, Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. Ergo videtur, quod cognouerint eum esse Christum, vel filium Dei.

2. Præterea Ioan. 15. Dominus dicit. Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum. Quod autem videtur, manifestè cognoscitur. Ergo Iudæi cognoscentes Christum, ex causa odij, et passionem intulerunt.

3. Præterea. In quodam sermone Ephesini Concilij dicitur, Sicut qui chartam imperialem discerpserit, tanquā Imperatoris disrumpens verbum, ad mortem addicitur: sic crucifigens Iudæus, quem viderat, penas dabit, tanquam in ipsum Deum. verbum præsumptionis iniciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filium, non cognouissent: quia ignorantia eos excusasset. Ergo videtur, quod Iudæi crucifigentes Christum cognouerint eum esse filium Dei.

Sed contra est, quod dicitur 1. ad Corinth. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent: & Aetorum tertio, dicit Petrus Iudæis loquens. Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, & Dominus in cruce pendens dicit, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

1i

Respon-

ARTICVLVS VI.

*Virum peccatum Christum crucigentium fueris
grauissimum.*



Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod peccatum crucigentium Christum, non fuerit grauissimum. Non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet. Sed ipse Dominus excusauit peccatum crucigentium eum, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non ergo peccatum eorum fuit grauissimum.

2. Præterea. Dominus dixit Pilato Ioannis decimonono. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem illatus fecit Christum crucifigi per suos ministros. Ergo videtur fuisse maius peccatum Iude proditoris, peccato crucigentium Christum.

3. Præterea. Secundum Philosophum in 5. Ethicorum: Nullus patitur iniustum volens, & sicut ipse ibidem dicit, Nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum: ergo volenti nullus facit iniustum, Sed Christus voluntarie est passus: ut supra habitum est. Non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi, & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.

Sed contra est, quod supra illud Matthæi vigesimotertio. Et vos implete mensuram patrum vestrorum, dicit Chrysostomus. Quantum ad veritatem exceperunt mensuram patrum suorum: illi enim occiderunt homines, isti Deum crucifixerunt.

Respondeo dicendum, quod sicut dictum est. Principes Iudeorum cognouerunt CHRISTVM. & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum: tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem Iudæi grauissime peccauerunt quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. Vnde super illud Lucæ vigesimotertio. Nesciunt quid faciunt: dicit Beda. Pro illis rogat qui nesciunt quid faciunt: zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. Multo autem magis fuit excusabile peccatum Gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legem scientiam non habebant.

Ad primum ergo dicendum, quod excusatio illa Domini non refertur ad principes Iudeorum, sed ad minores de populo: sicut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod Iudas tradidit Christum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato. secundum illud Ioannis decimo octauo. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Horum tamen omnium peccatum fuit maius, quam Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit. Et etiam quam peccatum militum, qui de mandato prædis Christum crucifixerunt non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes Sacerdotum.

Ad tertium dicendum, quod CHRISTVS voluit quidem suam passionem, sicut & Deus eam voluit. Iniquam tamen actionem Iudeorum non voluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tamen ille, qui occidit hominem, iniuriam facit, non solum homini occiso, sed etiam Deo, & reipublice. Sicut etiam & ille qui occidit seipsum, ut Philosophus dicit in quinto Ethic. Vnde & David damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum, ut occideret Christum Dominum, quamuis eo perente: ut legitur

2. Reg. 1.

Respondeo dicendum, quod apud Iudeos, quidam erant maiores, & quidam minores. Minores quidem, qui eorum principes dicebantur (ut dicitur in libr. Quæstionum veteris & noui Testamenti) sicut & demones, cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: omnia enim signa videbant in eo, quæ dixerant futura Propheta. Mysterium autem certe quæ 66. diuinitatis eius ignorabant: & ideo Apostolus dicit. Quod si cognouissent, nunquam Dominum gloriam crucifixi sent. Sciendum tamen, quod eorum ignorantia non eos excusabat à crimine: quia erat quodammodo ignorantia affectata: videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius: sed ex odio, & inuidia Christi, ea perueriebant, & verbis eius, quibus se filium Dei fatebatur, credere noluerunt, unde ipse de eis dicit Ioannis decimo quinto. Si non venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et postea subdit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & sic ex persona eorum accipi potest, quod dicitur Iob vigesimoprimum. Dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Minores vero, id est, populi, qui mysteria Scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse nec Christum, nec filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multisitudinem, & efficaciam doctrinæ (ut habetur Ioannis septimo) tamen postea decepti fuerunt à suis principibus, ut eum non crederent, neque filium Dei, neque Christum. Vnde & Petrus eis dixit. Scio quia per ignorantiam facistis, sicut & principes vestri: quia scilicet per principes seducti erant.

Ad primum ergo dicendum, quod illa verba dicuntur ex persona colonorum vineæ, per quos significantur rectores illius populi, qui eum cognouerunt esse heredem, in quantum cognouerunt eum esse Christum promissum in lege. Sed contra hanc responsonem esse videtur, quod illa verba Psalmi, Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Si ergo cognouerunt eum esse illum, cui dictum est, Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, sequitur quod cognouerint eum esse filium Dei. Chrysostomus etiam ibidem dicit, quod cognouerunt eum esse filium Dei. Beda etiam dicit super illud Lucæ vigesimotertio. Quia nesciunt quid faciunt. Notandum, inquit, quod non pro eis oras, qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere, quam confiteri maluerunt. Sed ad hoc potest responderi, quod cognouerunt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiæ singularis. Possumus tamen dicere, quod etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur, quia euidentia signa huius rei habebant: quibus tamen assentire, propter odium & inuidiam noluerunt, ut eum cognoscerent esse filium Dei.

Ad secundum dicendum, quod ante illa verba præmittitur, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & postea subditur. Nunc autem videntur, & oderunt, & me, & patrem meum. Per quod ostenditur, quod vident opera Christi mirifica, ex odio processit, quod eum filium Dei non cognouerunt.

Ad tertium dicendum, quod ignorantia affectata non excusat à culpa, sed magis videtur culpam aggravare: ostendit enim hominem sic vehementer esse affectum ad peccandum, quod vult ignorantiam incurere, ne peccatum vitet. Et ideo Iudæi peccauerunt, non solum ut hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixores.

Hunc articulum tantum per occasionem hic D. Thom. præmisit, ut in artic. sequenti, peccatum crucigentium Christum explicaret, nos vero supra rem hanc in proprio loco tractauimus, cum de Christi miraculis ageremus.

August. in
lib. quæ ex no.
reklam. qui
incipit Deus
certe quæ 66.
a med. to 4.

Hom. 40 in
Mat. in ope-
re imperf. à
med. tom. 2.
cap. 94. se-
cund. ord.
Beda circa
prim. tom. 2.

289:
Sup. art. 4.
ad 2. fin. &
opus. 60. e.
18 fin.

1. 5. Ethic. 6.
2. tom. 5.

art. 2. huius
quæst.

homil. 45. in
Mat. in ope-
re imperf.
al. quantu-
lun. à med.
tom. 2.

art. præ. in
arg. 1. & in
responstone.

6. 94. secund.
ord. Beda.
cir. princip.

Lib. 5. Ethic. 6.
ult. non lon-
ge à prim.
tom. 5.

COM.

COMMENTARIUS.

Responso Diui Thomæ est peccatum illud fuisse grauiſſimum ex genere ſuo, & in principibus Iudæorum habuiſſe magnam grauitatem ex malitia, & ignorantia affectata: in plebe autem leuius fuiſſe propter maiorem ignorantiam, quæ quod maior erat in militibus Romanis, eò magis eos excuſare poterat.

Peccatum cruciſigentiæ Chriſti quale.

Circa quam doctrinam, vt eam explicemus, nonnulla notanda ſunt. Primum eſt, in hoc peccato occiſionis Chriſti, ſecundum ſe conſiderato plures malitias, ſecundum ſpeciem reperi. Nam primò ſi conſideremus Chriſtum vt innocentem, & ea morte indignum, illud fuit peccatum homicidij, & iniuſtitia. Secundò conſiderando Chriſtum, quatenus erat Meſſias promiſſus à Deo, hominumque redemptor, vt ſic occiſio eius habet malitiam impietatis, eo grauiorem, quo ſpiritualis coniunctio, ſeu paternitas maior eſt, quam carnalis. Tertiò ſi conſideretur, quatenus fidei prædicator, quam ſufficienter proponebat, eius occiſio habet malitiam infidelitatis. Quia in odium eius fidei, quam prædicabat, illum occiderunt. Vnde dicebant: *Secundum legem noſtram debet mori, quia filium Dei ſe fecit.* Quartò poteſt conſiderari Chriſtus, quatenus Deus erat, & homo, & vt ſic occiſio eius fuit immane ſacrilegium contra iuſtitiam Deo debitam. Nam ſicut Chriſti adoratio aſſectus eſt religionis, qua Deus colitur, ita eiufdem interfectio, aut qualibet iniuria, aut contumelia, ſacrilegium eſt religioni contrarium.

Peccatum cruciſigentiæ Chriſti non ſuit omnium grauiſſimum. Gabr. D Thom. Ioan. 17. Reſponſio.

Ex his ſequitur primo nullam malitiam illius peccati fuiſſe ſummam ex ijs, quæ eſſe poſſunt in omni genere peccati, vt bene notauit Gabr. lect. 87. in Canon. ex Diuo Thom. hac 3. part. quæſt. 80. articulo 5. Nam malitia odij Dei, ſecundum ſe, & ex genere ſuo grauius peccatum eſt, quia directè & formaliter contra Deum. Dices, etiam peccatum Iudæorum, fuit odium Dei, iuxta illud Ioan. 17. *Nunc autem & viderunt: & oderunt me, & Patrem.* Reſponderetur primò, aliud eſſe loqui de peccato externo crucifixionis, aliud de interiori actu, à quo procedebat, vel imperabatur. Peccatum ergo ipſum, ſecundum ſe habebat malitiam iniuſtitia, vel ſacrilegij, & per ſe non requirebat formale odium, ſicut occiſio hominis per ſe eſt iniuſtitia, & non requirit odium, quamuis ex ipſo poſſit procedere. Deinde eſto peccatum illud in Iudæis, præſertim in principibus eorum, ortum fuerit ex formali odio Chriſti, quod veluti per communicationem idiomatum erat odium DEI, ſed tamen non erat formale odium Dei, vt Deus eſt. Neque enim Iudæi abominabantur diuinam naturam, aut perſonam, neque ei ſecundum ſe malum aliquod optabant: ſed erat odium Dei in aſſumpta natura, quod ſecundum ſe minus peccatum eſt, quam odium diuinitatis. Sicut charitas ad Deum maior eſt, quàm ad Chriſtum vt hominem. Quin potius, ſi formaliter, & ſecundum ſpeciem comparetur infidelitas Iudæorum cum Chriſti homicidio, maius peccatum fuit infidelitas quàm occiſio Chriſti. Quia per ſe maiori virtuti opponitur, ſcilicet fidei, quæ maior eſt, quam religio, vel iuſtitia: & quia infidelitas eſt peccatum contra diuinitatem, ſecundum ſe, cum aliud peccatum circa humanitatem verſetur. Et hinc etiam rectè colligit Gabr. ſupra, maius fuiſſe peccatum in Iuda deſperare, quam tradere Chriſtum. Quia illud prius fuit contra virtutem theologiam, atque adeo contra diuinitatem ipſam. Vnde ab aliquibus peccatum illud dicitur eſſe *peccatum in ſpiritum ſanctum*, quod maius eſt, quam *peccatum in filium hominis*. Et hoc modo intelligi poteſt dictum Greg. li. 11. mor. c. 5. *Iudas peius de peccato poenituit, quàm peccauit.*

Gabr. Peccatum deſperationis in Iuda grauius peccato proditiõis. Greg. Pap.

Fr. Suarez tom. 2.

A Secundo ſequitur, poſt peccata contra theologicas virtutes, hoc peccatum occiſionis Chriſti eſſe ex ſuo genere maximum, vel ferè. Probat, nam in primis eſt contrarium maximæ virtuti poſt theologicas, quæ eſt religio, ſeu iuſtitia ad Deum. Deinde immediatè attingit ipſam perſonam Dei, quamuis non in propria, ſed in aſſumpta natura. Dices, maius videri peccatum blaſphemia, & contumelia in Deum ipſum ſecundum ſe, ſeu in diuinitatem eius, quia attingit Deum ipſum non in aſſumpta natura, ſed in propria. Reſpondetur poſſe quidem inter hæc duo peccata inueniri mutuum aliquem exceſſum, ſecundum rationes, comparationesque diuerſas, omnibus tamen conſideratis maius eſſe peccatum occiſionis Chriſti. Quia Deum lædit in re ſibi maximè coniuncta, & de ſe maius nocumentum inferit, auferendo vitam infiniti valoris: Blaſphemia verò tantum lædit Deum in honore, vel fama, quæ ſunt magis extrinſeca. Et iuxta aſſertionem hanc poteſt exponi D. Thom. hic, cum ait hoc peccatum eſſe grauiſſimum, ſcilicet inter ea, quæ ſunt contra virtutes morales: quamuis etiam poſſit intelligi, non loqui in proprio rigore reſpectu: ſed abſolute vocare grauiſſimum, id eſt, valde acerbum, & graue. Sicut etiã ibi dixi fuiſſe grauiſſimum ob circumſtantiam, ex parte peccantium ex malitia: cum tamen ſine vlla dubitatione potuerit ea circumſtantia grauiori modo concurrere. Aliam interpretationem poſtea ſubiiciemus. Et hæc de grauitate illius peccati ſecundum ſe conſiderati.

Reſponſio.

D. Thom.

Secundò igitur poſſumus ſpectare grauitatem huius peccati ex parte peccatum. In quibus multa poſſunt conſiderari. Primum eſt ſcientia, vel ignorantia, de qua re ſatis in ſuperioribus diximus. Et ad minimum certum eſt ex dictis, neminem ex ijs, qui ad Chriſti mortem concurrerunt, poſſe ſimpliciter excuſari propter ignorantiam à grauiſſima culpa, ſcilicet homicidij viri ſancti, & innocentis. Quod de Pilato, ſupra oſtendimus, quia ipſe confeſſus eſt, *Nullo inuenio in eo cauſam*, & cum lauit manus ſuas dixit: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* De principibus etiam Iudæorum id ſatis conſtat ex ſupra dictis, quibus addi poteſt, ipſos ſcienter falſos aduerſus Chriſtum teſtes induxiſſe. De plebe autem Iudæorum poteſt eſſe aliqua dubitatio, & maior de militibus Romanis. Nihilominus tamen innocentia Chriſti tam publica erat, ac manifeſta, vt neminem ad illius mortem cooperantem ignorantia excuſare potuerit, ſaltem à malitia iniuſtæ cædis. At verò quoad aliam malitiam ſacrilegij, vel impietatis, poterat maior ignorantia interuenire, atque adeò excuſatio maior ſaltem in gentilibus, & in plebe Iudæorum, vt patet ex D. Thom. hic, & ex ſuperius dictis. Quanta verò fuerit, non poteſt à nobis definiri: vix tamen poteſt in aliquo admitti inuincibilis, cum omnes multa de Chriſto, eiufque diuinitate vidiffent ſigna, & audiffent teſtimonia, quæ vel ad credendum, vel ſaltem ad veritatem plenius diſcendam, eos obligarent. In principibus autem Iudæorum nulla eſſe potuit excuſatio, vt Chriſtus ipſe dixit Ioannis decimo quinto, quia eorum ignorantia fuit valde craſſa, & affectata, & ex quadam obſtinatione, & duritia magis quàm ex fragilitate aliqua. Non videtur tamen poſſe negari, quin, ſi Iudæi agnoſcerent, & ſibi perſuaderent, CHRISTVM eſſe verum Deum, & nihilominus eum interficere auſi eſſent, peccatum ex hac parte eſſet grauius, quia eſſet maior irreuerentia, & iniuria Dei. Nihilominus tamen Iudæorum peccatum dicitur grauiſſimum ex parte peccantium, vel quia ſermo eſt de peccato, quod moraliter loquendo in hominem cadere poterat, nam ille alius modus peccandi, & occidendi Deum cognitum, vix poterat in homines cadere. Vel cerrè quia circumſtantia infidelitatis, & voluntariæ execrationis non minus quàm alia vi-

Cruciſigentiæ Chriſti inexcusable in peccato ſuo omnes. Ioan. 18. 19. Matth. 27.

D. Thom.

Peccati cruci-
figentium
Christum
grauitas &
magnitudo
D. Thom.
Bernard

detur aggravare. Huc accedunt alia circumstantia grauius prauorum affectuum, odij, iræ, & inuidie in Christum, qui ex magna superbia, & ambitione oriebantur. Quæ omnia ex historia Evangelica constant, & ex summa illa diligentia importunaque postulatione ac furore, quo in morte Christi procuranda impij Iudæi debacchati sunt. Quo tandem fit, vt peccatum illud saltem in indiuiduo, consideratis omnibus malitiis, & circumstantiis eius, possit estimari grauius omnium, quæ ab hominibus vnquam commissa sunt. Quo sensu potest exponi D. Thom. & idem videtur dixisse Bernard. sermon. quodam de passione Domini peccatum illud fuisse, *Grauius, ac singulare*, quamquam hoc etiam incertum sit, & Bernard. recte intellectus facile possit exponi. Solet vero comparari hoc peccatum cum peccato Adæ, quia illud videtur fuisse grauius propter nocuum generis humani. Sed Bernard. supra videtur hoc peccatum præferre, quia maioris æstimationis est dignitas Filij Dei, quam omnes homines: & præsertim, quia non constat illud nocuum esse ita præsum ab Adamo, vt multum aggravaret. Sed de hoc etiam nihil certi definiri potest. An verò quia persona Christi fuit infinita, peccati cruci-figentium Christum fuerit infinitum, & cur Iudæorum demeritum ex illa circumstantia non tantum creuerit, quantum Christi meritum, & satisfactio ex circumstantia personæ patientis, latè tractatum est in priori tomo disp. 4. Sect. 4.

Testimonij
Luc 23.
Expositio
Beda.
Iustin.
Act. 3.

In solut. ad 1. explicat D. Thom. verba illa Christi, *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt*, quod illa executio non ad principes, sed ad minores de populo Iudæorum referenda sit. Quæ est expositio Bedæ Lucæ 23. & Iustin. q. 108. Quod si obijcias verba Petri Act. 3. *Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri*. Respondendum est, illam particulam, *sicut*, dicere similitudinem in ignorantia aliqua, non æqualitatem. Sed difficile creditu est, Christum orasse tantum pro plebe, & non pro principibus. Tum quia ratio est vniuersalis, & illa causa non videtur addita ad limitandam orationem: sed ad facilitandam impetrationem. Tum etiam, quia Christus dedit exemplum dilectionis inimicorum, vnde orare etiam debuit pro principibus Iudæorum, qui erant præcipui inimici eius. Denique, quia effectus illius orationis, quos supra posuimus, etiam in principibus Iudæorum locum habere potuerunt. Quare dici potest, orationem Christi generalè fuisse & illam excusationem ad omnes etiam pertinere posse, quia omnes aliqua ignorantia laborarunt. Nam licet hæc in principibus fuerit affectata, tamen quatenus ex aliqua parte diminuit audaciam, vel irreuerentiam in Deum, potuit ad impetrandam veniam allegari. Et huic expositioni magis videntur fauere omnia, quæ circa hanc orationem ex sanctis Patribus supra tradidimus.

D. Thom.

Caiet.

Gravius pec-
cauerunt
pontifices Iu-
dæorum
quam Iu-
das.

In solut. ad 2. D. Thom. insinuat, grauius peccasse Pontifices Iudæorum, quam Iudam, Pilatumque, & milites eius. Et de hac parte posteriori supra diximus. Circa priorem vero Caietan. censet peccatum Iudæ fuisse grauius, propter maiorem Christi cognitionem, & altiorum statum quem habebat: & propter maiorem ingratitude, ac denique propter maiorem prodicionis turpitudinem. Ad Diuum Thomam autem tacite responderet non definisse contrarium, sed indecisam quæstionem reliquisse. Cæterum ego in primis existimo D. Thomam definisse quæstionem, alias argumento non satisfecisset. Deinde censo, eius sententiam esse veriorum propter duas præcipuas rationes, quas D. Thomas insinuat. Prima est, quia Iudas reuera noluit Christum occidi, neque id futurum existimauit, vt eius poenitentia, quamuis peruersa, declarauit, & supra etiam exposuimus. Et hanc rationem insinuat D. Thomas cum dicit Iudam non tradidisse Christum Pilato

sed Pontificibus. Altera est, quia Iudas ex cupiditate, non ex inuidia, & odio tradidit Christum, sicut principes Iudæorum. His addi potest, quod Principes Iudæorum maiori duritia, & pertinacia in Christo tradendo perdurarunt, quod etiam est signum vehementioris, ac intensioris affectus: quæ omnia, si recte perpendantur, videntur magis peccatum augere.

Solutio ad 3. clara est. Ex ea tamen colligi potest summa quædam totius quæstionis huius de causa efficiente passionis Christi. Illud enim opus, vt fuit actio Iudæorum, nullo modo est tribuenda Christo aut Deo. Quia licet Deus ad eam concurreret, physicè tamquam vniuersalis causa: tamen quia illa actio absolute mala est, in Deum referri non potest: sed hoc modo tribuitur Iudæis, vt proditori- bus, & homicidis Act. 7. Gentibus, vt executori- bus Matth. 20. Lucæ 18. dæmoni, vt primo instigatori, Joannis 13. At vero quatenus illa passio tenuit se ex parte Dei, & Christi, qui voluntate sua illam accepit, permisit, & non impediuit, sic tribuenda est Christo, & Deo. Et ita intelliguntur scripturæ Isaia 53. Ioann. 11. ad Galat. 2. ad Romanos 8. Nec de hac materia aliquid amplius disputandum occurrit.

Causa effi-
ciens passio-
nis Christi
qua.

Act. 7.
Matth. 20.
Luc. 18.
Ioan. 13.

QVÆSTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.



Einde considerandum est de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi: secundo de ipso effectu.

Circa primum quaruntur sex.

Primo, *virum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.*

Secundo, *virum per modum satisfactionis.*

Tertio, *virum per modum sacrificij.*

Quarto, *virum per modum redemptionis.*

Quinto, *virum esse redemptorem sit proprium Christi.*

Sexto, *virum causauerit effectum nostre salutis per modum efficientie.*

Sensus Diui Thom. in titulo quæstionis est, agendum esse de modo, quo passio Christi suum effectum operata est. Itaque non hic agitur de modo passionis secundum se, sed de modo, quo influit in effectum. Et hac occasione tractat hic D. Thom. de merito, & satisfactione Christi, & de redemptione nostra, quæ res, quia copiose disputata est à nobis in priori tomo, hoc loco iterum repetenda non erit, ubi nihil noui addendum occurrit, sed quæ in genere dicta sunt de operibus Christi, passioni applicanda sunt.

ARTICVLVS I.

Virum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.



Primum sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. Ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

264.
Infr. qu. 62.
art. 5. q. 3. d.
18. artic. 1. &
4. d. 1. q. 1. ar.
4. qu. 3. veri.
q. 26. a. 6. ad
20. et 10m.
4. si q. 19. art.
4. & qu. 34.
art. 2.

2. Præf.